Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



alius. Reposita est hec spes mea in sinu
meo. Rogamus te domine deus noster ut sus
cipias animas eorum defunctorum pro quibus sanguinem
tuum fudisti recordare quia pulvis sumus et homo
sicut fenum et flos agri. Misericors et miserator
et iuste dne. Recordare.

Vir fortissimus iudas collatione facta
duodecim milia dragmas argenti mi
sit ierosolima offerre ea ibi pro peccatis
mortuorum. iuste et religiose de resurrectione
cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant
resurrecturos speraret. superfluum videretur
et vanum orare pro mortuis. Si; quia con
sideraba quod hi qui cum pietate dor
mitionem acceperant optimam haberent
repositam gratiam. Sta ergo et salubris est
cogitatio pro defunctis exorare. ut a
peccatis soluantur. Libera me domine de
morte eterna in die illa tremenda quando celi
movendi sunt et terra. Tremens factus sum ego
et timeo dum discussio venerit atque ventura ira. Quando